



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quinam subjaceant casibus reservatis? Caput III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

*An semper sit perpetua?**An operans ex metu?*

4. Tertium. Casus ab Episcopis, & à Prae-
latis Regularium duobus posunt modis re-
servari. Primo, per modum legis, seu statuti,
ut sit communiter in Synodo Diocesana, vel
in Capitulis Religiosorum, & tunc reservatio
durat, etiam post illorum mortem, & do-
nec à successore revocetur; quia lex est ex se
perpetua. Secundo, per modum præcepti, seu
editi ab Episcopo, vel Regulari Praelato pro-
mulgati; & tunc reservatio spirat, Episco-
pi, vel Praelati morte, ut est communis do-
ctrina de duratione legis, & præcepti. Lege
2. Quinta. tamen & Quintanuennas, qui notat ta-
de poen. men, præcepta Generalis Societatis J e s u ,
fini. 11. atque adeo ejusdem reservationes, ut etiam
n. 2. communicationes Privilegiorum durate et-
jam ipso defuncto, vel amoto ab officio, nisi
ea revocentur à successore, idque propter
b. In Cōgr. culiare b. Societatis J e s u , Decretum, quod
4. Dec. p. fuisse deinde à sequente Generali extensum
Cōcan. 23. ad præcepta aliorum Superiorum, ne te præ-
Cōin Cōgr. tereat. Idem ergo evenire posset in aliis Re-
7. Decr. ligionibus, si simile quid in illis esset legit-
67. & cā. me statutum.

10. & ap.
Castrop. T.
3. Tr. 16.
4. 5. p. 9.
n. p.

CAPUT III.

**Quinam subjaceant Casibus
Reservatis.**

CERTE non nisi subditæ reservantis. Sed
adhuc sunt enodandæ sequentes quæ-
stionculæ.

An operans ex conscientia erronea?

1. Commisit quis delictum; v. g. Stu-
prum, quod non est in ejus Diocesani refer-
vatum; ipse tamen, per errorum, reservatum
esse omnino putar, subjacebitne reservatio-
ni?

¶ Docto. Respondeo, Negativè. Unde is poterit
passim ap. absolviri à quocumque Confessario inferio-
Aver. de re, sine necessitate recurrenti ad Superio-
rem, apud quem est potestas absolvendi à
17. sec. i. reservatis. Ratio est in promptu, quia error
delinquens non potest diminuere jurisdictionem, quia circa illud peccatum gaudet
Confessarius.

2. Titius timore mortis, vel alterius gra-
vis mali, à grassatoribus v. g. incusso, nisi
occideret Petrum, illum occidit, & nunc
petit à communi Confessatio ejus homicidii
absolutionem, quod est in Diocesani reservata
rum, validè absolvitur? Quod est quære-
re; An operans ex metu subjaceat casui reser-
vato tali operationi adnexo? Respondco,
validè absolviri. Ita Graffis d' aliquo. Ratio d' Graff
ducitur ex benignitate Ecclesiae, quæ sicut de casib.
excusat ab excommunicatione eum, qui co-
actus metu gravi, cadente in constantem vi- 13. n. 33
rum, committit peccatum, curadnexa est Ex- Floro. u
communicatio, v. g. excusat eum, qui Cleri- 4. §. 1. n
cum (quamvis cum peccato) percutit ex me- 16. Aver-
tu, cadente in constantem virum, ut tan- sa. l. cit.
quam probabilitus nos sustinebimus in libr. Bord. lo
de Excommunicatione, ita excusat ab incur- fra. l. p. de
su in casum reservatum. Et ratio ulterior esse excommi-
datur, quia reservatio, ut etiam dicta Excom- 6. 7. §. 8.
municatio, sunt odiosæ, atque adeo, quanto
strictius potest, sunt interpretandæ, & confe-
querter, ut intelligantur de peccato plene
voluntario; At quæ sunt ex metu, licet ab-
solutè voluntaria sint, sunt tamen aliquo
tandem modo involuntaria.

An Moniales?

3. Vel quæris de Monialibus exemptis à
Jurisdictione Episcopi, vel de non exemptis.
Priores, puta exemptæ non e subjacent (do- e Quint.
cebar olim communis doctrina) casibus re- sing. 26.
servatis ab Episcopo, quia illius subditæ ne- poen. n.
quaquam sunt. Immò aliqui cum Pellizza-Pelizz. di
rio f' probabilitè id extendunt ad puellas sa- Mon. l. 3.
culares, quæ in Monasterio carundem Mo- q. 25. n. 34
nialium exemptarū educandæ conservantur 14.
Cum enim per quasi domicilium commorē- f' Pelizz.
tur in loco illo exempto, participare debebūt de Monia
de exemptione. Adde, sic esse interpretandam c. 5. n. 19.
Ecclesiæ voluntatem: ut habeant puellæ ea-
dem remedia suæ salutis, quæ habent ceteræ,
cum quibus convivunt.

Contra hanc communem doctrinam, illud
mihi dicendum venit in mentem. Notavimus g Sup. de
in Superioribus g Gregorium XV. statuisse, et- Sac. penit.
jam has exemptas, non alios, quam ab Episco- c. 3. §. 2.
go approbatos, habere posse in Confessarios. n. 21.
Nam

Iam ex hoc sequitur, Episcopum posse restringere dictam approbationem, & Confessarium, quem his Monialibus concedit limitatem, n̄ valeat absolvete ab hoc, vel illo peccato; qua ratione, jam Moniales h̄e subjacebunt reservationi Episcopi.

Certè ita nunc esse dicendum, convincit **Pellizz.** discursus; quare doctrina & contrarium dicens, vera solum fuit ante dictum Gregorii XV. Decretum, non verò postea. Hodiè erit **Quinta de go.**, cum Episcopi semper approbent Confessarios sub restrictione, n̄ absolvant à reservatis (quando contrarium non exprimunt) eodem modo approbare præsumuntur hos Confessarios Moniasium, quamvis exemptarum.

Postiores verò, id est, Moniales non exempta subjacent omnibus casibus, quos reservat earum Episcopus pro tota Diœcesi, quia ejus sunt legitimæ subditæ, ut notat id est Pellizzarius. Immo ex praxi communis habetur, ut Episcopus aliquos Casus superaddat reservatos pro solis suis his Monialibus, quod certè potest, quando in Domino judicaverit ad Monialium bonum conducere.

b Lib. 5. de pan. c. 5. §. 4. n. 40. Ex dictis fit, Moniales absolvit non posse à reservatis, nisi à legitimo Confessario, habente facultatem pro dictis reservatis, de qua re multa habet Quintanad. l.c. nimis fortasse benignè; lege item multa apud Pellizzarium citatum.

An Novitii?

5. Decantata quæstio: Nam propteræ breviter tibi illam indico, legendam, si placet, apud Doctores mox citandos latius. Eam verò hic explicabo sub illa æquivalenti quæstione: per quemnam Novitiū absolvit à reservatis valcent?

6. Distinguendum est. Aliud enim dicendum de peccatis reservatis ab Episcopis, aliud de peccatis reservatis à Prælatis eius Religiosis, in qua Novitius es.

Pro Reservatis ab Episcopo.

c Aver. q. 17. de pan. sec. p. 7. A casibus reservatis ab Episcopo per te Novitium commissis, sive ante, sive post ingressum in Religionem, non potes dum es Novitius absolvit per communem Confessarium facultatem, nisi is auctoritatem ab-

solvendi à reservatis obtinuerit ab eodem Episcopo. Ratio est manifesta, quia prædictus communis Confessarius, ut supra diximus, limitatam habet Jurisdictionem, quæ ad reservata non extenditur; at verò ab iisdem reservatis Episcopo, poteris dum es Novitius absolvit per communem Confessarium tuæ Religionis approbarum à Superiore. Ratio est, quia ex una parte Religiosi, ut Superior vidimus, cum sint exempti, non subjaceant casibus reservatis Episcopo, & ex alia, Novitii in favorabilibus gaudent omnibus privilegiis sua Religionis, ut notat a Sanchez, nam d Sanchez propteræ ita poterunt absolvit à Casibus Sum. I. 6. in deomo Pontifici reservatis; sicuti possunt ceteri c. 10. à Religiosi Professi, nempe à Superioribus talis n. 10. Religionis juxta privilegia, quæ quælibet Religio habere solet, & juxta ea, quæ dicentur suo loco inferius, c. 11. §. 1.

Pro Casibus Reservatis à Religione.

8. Porro pro Casibus reservatis in Religione, est iterum diligenter subdividendum; vel enim Primò, loquutio est de Confessariis Regularibus, immo, & Sæcularibus, quibus Superior Religionis exempta concessit licentiam absolviendi suos Religiosos subditos independenter ab Episcopo, (quod certè ex privilegiis exemptionis facere possunt, qualem exemptionem hodiè habent Religiones ferè omnes) & de his Confessariis dico, non posse absolvire Novitium à dictis Casibus reservatis in Religione, nisi specialem ad hoc facultatem obtineant à Superiore Religionis. Ratio est, quia eulmodi Confessarii Jurisdictionem absolviendi reservata nondum accepérunt à suo Superiore. Neque obstat prædictos Confessarios jam habere licentiam excipiendi prædictas Confessiones. Non obstat inquam. Nam Superior, cum licentiam, seu Jurisdictionem absolviendi concedit, semper concedit limitate, id est, dætaxat pro non reservatis, nisi contrarium exprimat, ut infra dicemus.

9. Vel Secundo, loquutio est de iisdem Confessariis, sive Regularibus, sive Sæcularibus, quibus non jam Superior Regularis, sed Episcopus conferat Jurisdictionem, Approbatiemque absolviendi suos subditos. Et de his Confessariis duplex est sententia, utraque probabilis. Alii enim negant hos

M. 3. posse

posse absolvere Novitios à Casibus prædictis reservatis in Religione, in qua sunt Novitii, quia Novitius (inquit) per ingredsum in Religionem, quasi mutavit domicilium, relinques Territorium Episcopi, cui non amplius est subditus, unde sicut ab eo judicari in foro externo non potest, ita nec poterit absolvvi in foro interno. Hanc sententiam sequitur cum Corduba, alisque a Laym. li. 4. tr. 5. c. 4. n. 4. Layman, Suarez, b & Alcanus e Tamburinus.

b Suar. To. 10. Alii vero affirman, quia quamvis 4. de Reli. quoad forum Pœnitentia, Novitii sint ext. 8. l. 2. empti à Jurisdictione Episcopi, propter pri. c. 17. n. 14. vilegia Religionis, quibus, & ipsi gaudent, c. A/c. unde possunt tum judicari in foro externo, Tamb. de tum in foro interno a Superioribus suæ Religionis, tamen in odiosis Novitii non veniunt nomine Religiosorum. Cum ergo qu. 6. n. 11 odiosum ipsis sit, non posse absolvvi ab Episcopo, poterunt tunc (si velint) tenere, ut Sæculares, & sic ab Episcopo; vel à Confessario, per ipsum approbatu, legitimè absolvvi, non solum à non reservatis, sed etiam d A/c. Casibus reservatis in Religione, qui casus, Tamb. de ut supponere semper debemus, non sint ab Iure Ab. Episcopo reservati pro prædicto Confessario. To. 2. d. 13 Ita Alcanus d Tamburinus sibi contrarius, q. 5. plur. Ioannes la Cruz, Henriquez, aliisque apud citans Hé- Boissium.

riquez, 11. Suarez l. c. qui priorem sententiam se aliisque ap. quiritur, dicit, Privilegium exemptionis to- Boiss. de Iu- tum, & integrum participari à Novitio: Cum bil. sec. 3. ergo in exemptione ab ipsis participata in c. 4. n. 13. cludatur, ipsis eximi à necessitate adeundi ad Episcopum pro reservatis, non poterunt am- verf. q. 16. plius ad illum adire pro absolutione; licet e- fec. 7. & nim hæc pars exemptionis nou valendi pere- ap. Dian. reab Episcopo faciat Suarez) odiosa, tamen, p. p. Tr. 6. quia includitur in ipsa exemptione, si illam ref. 27. & int grè participant Novitii, etiam huic parti p. 3. Tr. 2. subjacebunt.

ref. 4. & 12. Sed profecto non appetat ratio, cur p. 4. Tr. 4. Novitius, ex vi privilegii exemptionis, non res. 5. Bar. possit acceptare id, quod sibi faver? Puta, di. in se. ec. ut absolvvi valeat a Superiori suæ Reli- lb. 6. q. 23. gionis, & respuere, quod sibi no- n. 3. nolens cet, scilicet, ut absolvvi non quid de- valeat ab Episcopo.

Novitii. Societas.

C A P U T IV.

De peccatis, quæ sive non possunt, sive non solent reservari.

1. **H**æc sunt Primum venialia, ac mortalia, rite alias absoluta. Secundum mortalia dubia. Tertium mere interna. Quartum, non completa.

2. Porro, antequam hæc quatuor sigillatum declarem, adverte, ad multa sequentia decernenda, legem, seu præceptum constitutum Casus reservatos, cum sint odiosa, restinguunt enim libertatem absolvendi, esse stricte interpretanda (sicut de similibus legibus odiosis docent Auctores e) hoc est, de Salas. 4. rebus verbis; quibus casus reservantur, sumi secundum p. opriam ipsorum significationem, Interpre- & quando dubitatur de ipso sensu, benigniori rem partem esse accipientem. Hoc in memo- Castrop. 21. S. V. riam redacto, per quatuor proposita breviter, legib. d. s. sed sufficienter, discutiramus.

p. 3. §. 3. n. 11.

Venialia, ac mortalia, alias rite absoluta.

3. Hæc ideò non solent reservari, quia cum ea non obligemur confiteri, inutiliter referarentur. Dixi non solent, nam an possint, legib. Suarez affirmantem, & g Valquez f Suarez negantem.

4. Hinc sit, ut si tu committas peccatum, partem d. quod ex te est reservatum, sed ob defectum plenæ advertentia, vel ob parvitatem materia cognoscas, te non peccasse, nisi venialiter illud non sit reservatum; Fac v. g. homicidium, & furtum esse reservata, tu vero occidas aliquem inadvententer, sed tamen negligenter dum taxat veniali intercedente, vel furoris unum, vel alterum obolum, non eris peccati reservati Reus.

5. Aliud amplius addit h Quintanad. nem. h Quinta p. cum ab Episcopis (nam de Praelatis Regu- de paen. latium alia est ratio mox dicenda cap. 6. §. 1.) sing. 8. aliquod peccatum mortale, v. g. furtum reservatur, non intelligi reservatum in quacumque materia notabilis, quamvis mortali, sed in materia ejus generis, quæ possit dici delictum esse grave, & atrox. Verum id commodius explicabitur infra loco citato.

Morita-